

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Ad Orationem Valedictoriam, qua ... Domino Io. Avgvsto,
Anhaltinorum principi, Saxonum, Angrivariorum &
Vestphalorum duci, Ascaniensium comiti, ... De Natali
Exoptatissimo die XXIX. Iulii MDCCXVIII. ...**

**Moehring, Gottfried Victor
Oldenburgi, MDCCXVIII**

[urn:nbn:de:gbv:45:1-639971](#)

7

Ad
ORATIONEM VALEDICTORIAM ,
qua
SERENISSIMO PRINCIPI ac DOMINO ,
DOMINO
IO. AVGUSTO,
Anhaltinorum principi , Saxonum , Angri-
variorum & Vestphalorum duci , Ascanien-
sium comiti , Servestanorum , Bernbur-
gensium , Ieveranorum & Kniephu-
sanorum domino ,
Ordinis elephantini regii equiti ,
Principi ac domino suo clementissimo ,
DE NATALI EXOPTATISSIMO
die XXIX. Iulii , CICIDCCXVIII.
Io. ANTHONIVS KOENIGSHAVEN
In templo opidano demississime gratulabitur ,
hac ipsa non tantum dissertatione
SERENISSIMVM PRINCIPEM HEREDEM ,
immo perillustrem , illustres ac ceteros omnium ordinum
auditores honoratissimos invitat , sed & nonnulla
DE PRINCIPIBVS ANHALTINIS ,
ET FORTITVDINIS , ET EQVESTRIS
DIGNITATIS GLORIA CONSPICVIS
subiungit

M. Godofr. Victor Moehring, R.

Oldenburi , Typis Iacobi Nicolai Adleri , Regis Danorum
privilegiarii Typograph.





E sane fugit, quid sibi Bouhoursius, (a) quid Boilavius (b) velit, qui omnem ingenii gloriam Gallis, dein Hispanis ac Italos adsignant, & quidquid excellens, illustre atque limatum audit, a Germanis removent. Nec mihi constat, quare iidem antiquum illud fortitudinis encomium tribuere Germanis nolint, sed praeter omne meritum vigorem Martium partamque, maiorum virtute ac industria, dignitatem illis derogent, immo inter pavidos & languine carentes reponant. Cum quibus Sylvius (c) fecit, qui Germanos terrore plenos & leporino corde praeditos vocavit.

Vt inam huiusmodi viri, qui absque causa hos laudant, illos culpant, non adeo temerario fordere, nec prudenter, quod absque fundamento esse verum am vidia ducti confignatur, ac virtute comparans Germanis, & Gallis integris nationibus,

Dum autem de immo saepe Galli cuius animus est, haud quaerit, vel Saxonia, vel dederunt heroës, sed percurrent paucis diebus & adhuc esse principes, pugnarunt, sed etiam condecorare non dubit.

(a) *Recte Tenzelius mense Februaris quae ipse addidit sciamata lo. Friquam Vindiciam nominat.*

(b) *Sat. IX. Pag. 63.*

(c) *Nolo in praesens propter placet tamen quosdam quis Melanchthoni, Caquis Hessi, Sabini, F. congra protulisse. Ut Morbofius quidem labo in Germania, nec ne?*

(d) *Quis est, qui nesciat, C. Guilielmus, principes eius Augustum, principes eius Emanuelum, Principes eiusdem plerosque filio Georg. Guilielmum, massem, Ioannem Adolphum, Maxim. Emanuelum, G. duces Virtembergicos, C. principem Badensem, G. iure heroibus adnumerantur.*

(e) *Non excurro ad principum Anhaltinorum maiores intrepidos, sed de principib[us] mihi sermo est, quorum ortus, uti par est, ab Henrico I, ducis ac principis electoris Saxonum, Bernardi filio, censu alio tempore dixi, derivatur. Id quod Henrico Bassus debeo, qui Princ. Anhalt. Paneg. C. VII. & VIII. Henricum, primum Herciniae principem in Anhalt, pasim nominavit.*

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Cyan

Green

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

19

BE sane fugit, quid sibi Bouhoursius, (a) quid Boilavius (b) velit, qui omnem ingenii gloriam Gallis, dein Hispanis ac Italos adsignant, & quidquid excellens, illustre atque limatum audit, a Germanis removent. Nec mihi constat, quare idem antiquum illud fortitudinis encomium tribuere Germanis nolint, sed praeter omne meritum vigorem Martium partamque, maiorum virtute ac industria, dignitatem illis derogent, immo inter pavidos & languine carentes reponant. Cum quibus Sylvius (y) fecit, qui Germanos terrore plenos & leporino corde praeditos vocavit.

Vtinam huiusmodi viri, qui absque caussa hos laudant, illos culpant, non adeo temere cum doctis communicarent, quod absque fundamento esse verum arbitrantur! utinam attenderent, laudem propriam sordere, nec prudentiores statim fidem dare meditationibus, quas invidia ducti confignarunt! certe, Germanorum cum Gallorum scientia ac virtute comparans observabit, & Gallis esse ignorantes timidosque & Germanis, & Gallis esse eruditos ac fortes & Germanis, (c) nec defectus integris nationibus, sed educationi, sed naturae esse adscribendos.

Dum autem de Germanorum virtute, quam exteri admirantur, immo saepe Galli cum detimento experti sunt, nonnulla commentari animus est, haud quaquam de iis differam, quos vel Austria, vel Bavaria, vel Saxonia, vel Holsatia, vel Virtemberga, vel aliae provinciae (e) dederunt heroës, sed de principibus solis Anhaltinis, (z) ut eorum uitas percurrent paucis demonstrem, non modo Anhaltinatum fortium fuisse & adhuc esse principum fertilem, qui pro aris ac focis domi forisque pugnarunt, sed etiam habuisse & adhuc habere, quos reges ac principes, in testimonium foederis & amoris temporis, equestri dignitate condecorare non dubitarunt.

Primum

(a) Recit Tenzelius mense Febr. A. 1695. p. 155. Der Monatl. Unterredungen de Bouhoursio, dialogorum auctore sentit, euudem bona ex veteribus acque, ac novis scriptoribus compilasse, reliqua, quae ipse addiderit, ad ridicula pertinere. Quorum dialogorum quartum & aliorum scimus a lo. Frid. Crameris epistola quadam, ad Frid. Bened. Carpzovium scripta, quam Vindicius nominis Germanici contra quosdam obrectatores Gallos appellat, confutavit.

(b) Sat. IX. Pag. 63.

(y) Epist. CXXX.

(c) Nolo inpræfens propter eruditionem collaudare Germanos, quod absque negotio facere possem: placet tamen, quosdam & oratores & poetas adiicere, qui force Galli non cedunt. Quisquis Melanchthonis, Camerarii, Caselli, Chyraei, Scurmii, Buchneri, Schurzfleischii, quisquis Hessi, Sabini, F. B. Carpzovii perlegere libros dignatur, negare nequit, me veritati congrua protulisse. Utinam quis Germanorum merita in rem litterariam exponeret, quem Morbofius quidem laborem promisit, sed nunquam perficit, viderent Galli, an eruditi sint in Germania, nec ne?

(e) Quis est, qui nesciat, Carolum VI, Romanorum imperatorem, Albertum III, & Fridericos Guilielmos, principes electores Brandenburgicos ac Borussiae regem, lo. Georgium III, & Frid. Augustum, principes electores Saxonum Polonorumque regem, Maximilianum & Maxim. Emanuelem, Principes electores Boiorum, Georgium, Georg. Guilielmum, Ern. Augustum ac eiudem plerosque filios, principes Hannoveranos, Ern. Ludovicum, principem Saxonum, Georg. Guilielmum, marchionem Brandenburgicum, Ferd. Albertum, ducem Brunsvicensem, Ioannem Adolphum & Fridericum IV, Holsatorum principes, Eberard. Ludovicum, Maxim. Emanuelem, Georgium Fridericum, Ludovicum, Ferd. Guilielmum, Car. Rodolphum, duces Virtembergicos, Carolum & Fridericum, duces Hassias Cassellanos, Ludov. Guilielmum, principem Badensem, Gerardum & Antonium I, comites Oldenburgenes multoque plures esse iure herosibus adnumerandos virtutum quo plurimarum ornamenti admodum conspicuos.

(z) Non excorro ad principum Anhaltinorum maiores intrepidos, sed de principibus mihi sermo est, quorum ortus, usq; par est, ab Henrico I, ducis ac principis electoris Saxonum, Bernardi filio, cen alio tempore dixi, derivatur. Id quod Henrico Basse debeo, qui Princ. Anhalt. Paneg. C. VII. & VIII. Henricum, primum Herciniaec principem in Anhalt, passim nominavit.



Primum illorum mentionem iniiciam principum Anhaltinorum, qui iuvenes sese fortes gesserunt pariter, ac condignos, quos cum laude adducam. Qui honorum fastigium mature conciderunt ac hoc ipso impetrarunt, ut eos omnis honorifice appellat. *Ioach. Ernestus*, Ioannis II. filius, anno vigesimo primo belli aleam expertus, heredibus suis ac successoribus exemplum virtutis relinquens. Cuius princeps filius, *Bernardus* viginti modo quinque annos implevit, cum paullo ante contra Muhametem fortissime pugnasset. Quod *Io. Maior* certamen inter alia sic exprimit:

Ter mutavit equos & inerti evasit ab iectu,

Et capta strages hostibus arce dedit.

Pari fortuna eiusdem frater, *Io. Ernestus* usus, qui unum & viginti, & quod excurrit, annos natus Viennae vitam cum morte commutavit, bellis iam Gallicis, Belgicis & adversus Turcam clarus. *Ioach. Ernestus II.*, *Io. Georgii I.* filius, vigesimo tertio aetatis anno mortuus, se talem iam in bellis praebuerat, ut non sine dolore ad plures abiret suique desiderium relinquenter. (1) *Io. Georgium II.*, *Io. Casimiri* filium, decimo iam septimo aetatis anno, congrediendi cum hostibus initium fecisse, negari nequit. Cuius magni patris ac herois vestigia *Leopoldus* heros ac filius (2) legit, cui non tantum anno decimo septimo a principe electore Brandenburgico, sed & undecimo ab imperatore Leopoldo pedestres copiae demontatae. Qua ratione principes iuvenes, Leopoldi gnati, *Guilielmus Gustavus & Leopold. Maximilianus* amplificare nunc ierupissimi patris suamque gloriam quaerant, cum nemini non perspectum sit, lubens ego fileo & a principibus lineae Dessaviensis ad principes Bernburgen- ses me converto. Offert se mihi prae reliquis *Christianus I.*, quem anno aetatis vigesimo tertio Elisabetha, Anglorum regina militibus praefecit sibique quaevis de eo bona promisit. *Ernestus*, *Christiani I.* filius, anno vigesimo primo, volente duce Friedlandio, in imperatoris emolumen- tum, equitum turmis praefuit, cumque viginti quatuor vixisset annos, e vita excessit. *Christianus II.*, Ernesti frater, anno octavo & decimo Sa- baudiae duci adfuit ac Hispanorum vires una cum aliis imminuit. *Io. Georgius*, *Vict. Amadei*, quem nuper defunctum accepi, filius tertius, iam decimo septimo anno heroum more pugnans, acceptis septem vul- neribus, obiit. Cuius *Vict. Amadei*, domus Anhaltinae senioris, reliqui principes filii, *Carolus Fridericus*, nunc patriae pater, anno vigesimo ter- tio Belgicis, & *Lebrechtus* decimo nono Vngaricis expeditionibus inter- fuerunt aequae, ac hostibus indicarunt, quales Anhaltina terra principes procreet. Neque minus bellorum ducis, Lebrechti natu maiores duo filii, *Vict. Adolphus & Frid. Guilielmus* sacramentum militare dixerunt, nulli virtute secundi. Nec *Fridericus* suo tempore, *Christiani I.* filius secundus, abesse ab armis voluit, sed anno vigesimo primo sub Sueciae rege, nec ita multo post sub landgravio Hassiae Castellano ea suscepit. De principibus Servestanis dum dissero, sigillatim *Ant. Guntheri* recordor, qui anno aetatis vigesimo primo regere milites cepit multisque postea

A 2

terrori

(1) *Frid. Mauricii, Io. Georgii I.* principis filii hic obliuisci nolo, qui licet anno aetatis undecimo debitem naturae reddiderit, ab anno tamen sexto non nisi de apparatu bellico locutus & so- mel ac iterum restatus, se pro patria atque religione, studiis finitis, acerrime dimicaturum. Plura de tam egregio, vix tamen Anhaltinus ostendo principe dabit Beumannus P.V. L III. C. IV. N. II. p. 224. seqq. der Hist. des Fürstenth. Anhalt.

(2) Hic ipse, propter insignem animi magnitudinem, regiae maiestatis Borussiac copiarum milita- rum dux, consiliarius belli insimus & Magdeburgi urbis ac fortalitii gubernator constitutus.



terrori fuit. Ad cuius exemplum serenissimus *Io. Adolphus*, cuius ego benignam ingenii venam magnifico, anno vigesimo castra accessit atque sub campi mareschallo, *Io. Adolpho*, duce Holsatorum militatum ivit. *I. Ludovici* dum principes filios, qui me puerum ac iuvenem singulari gratia Dornburgi Servestaeque complexi, considero, non possum, quin *Io. Augustum & Christ. Ludovicum* fratres, quorum is anno vicesimo decessit, hic decimo nono in acie cecidit, huic dissertationi inferam atque de adhuc viventibus principibus fratribus, *Christ. Augusto & Io. Friderico* confirmem, eosdem & arma sumfisile, & belli gerendi peritissimos esse. Quibus *Eman. Lebrechtum* subiungo, qui anno decimo nono castra secutus declaravit, nec principibus Cothenianis animum decessit, sed aptos, qui iuvenes in militiam proficiscantur.

Deinde de illis loquar principibus, qui diu multumque hostem vice-runt, quodque vitam ad multos annos perduxerunt, omnino nomen ad immortalitatem consecrarunt. Interea certum, me hic unum & alterum Anhaltinorum principum, quos modo nominavi, repetitum esse, quoniam nonnullos eorum Deus O. M. in patriae commodum reservavit nec primo aetatis flore cedere vita permisit. *Omnium* primo sisto *Henri-* *cum*, primum Anhaltinum principem, qui *CIDCXCIX.* cum *Philippo*, Romanorum imperatore & obsidione Brunsvicum pressit, & saepe se bellatorem ostendit. *Bernardus II.* Bernardi I. filius *CIDCCLXXXIX.* decertavit & cum *Ioanne II.* principe Brandenburgico electore contra *Fridericum & Theodoricum*, Misniae marchiones, infelix licet, pugnauit. *Bernardum V. Rodolphi*, Halberstadensis episcopi fratrem, captum quamvis in praelio, non omittam, sed ipsius belli peritiam laudabo. *Quam & tribuo Alberto I.* (i) *Sigfridi I.* filio, qui virtute illustris sibi tantum nomen fecit, ut *CIDCCXC.* a caesare Rodolpho *capitanei conserva-* *torum pacis per Saxoniam* elogio adficeretur. *Voldemarus* quoque senior se virum praestitit & *CIDCCCLXVII.* Gerardo, episcopo Hildesiensi bel-*lum* inferens, ab equis conculcatus, occubuit. De *Alberto II.* Alberti primi gnato nil addam, propterea quod inter scriptores lis est, an dissensio, quam illi referunt, Alberto I. an II. adsignanda sit. Certius est, quod de *Ioanne I.* Alberti II. filio scribitur, eum *CIDCCCLXXVIII.* Pomerano-*rurum* duxim, Vratislaum bello persequutum multos ducis nobiles captivos duxisse. Qua tamen fortuna non usus *Ioannis filius*, *Albertus III.* qui licet Magdeburgensi archiepiscopo, Gunthero se opponeret, tamen inferior fu-*it*, nec agrorum suorum vastationem, pecorum abactiones, reliqua da-*mna* avertere potuit. De *Alberto V.* Alberti III. filio haec *Sagittarius* (x) annotavit: *Albertus ille V.* *Alberti claudi ex altera uxore filius*, miles fuit *imperterritus*, qui potissimum in bellis Danicis egregia virtutis specimina edi-*dit*. Quibus & *Sigismundus I.* *Ioannis I.* filius inclutus, qui tam *CIDCCCC.* in praelio, quo *Fridericus*, novus Germanorum imperator occisus, strenue certavit, quam *CIDCCCCIII.* modo dictum Guntherum adortus. An *Georgium II.* robustum nuncupatum, *Georgii I.* filium hic referre debe-*am*, ipse dubius sum, quem insigni corporis robore pae aliis praeditum fuisse principibus compertum habeo. (y) Interim, consensu omnium, eius frater

(i) Nominatur iure senior, quod alii Alberti post eum regnarunt. Quare junior dicatur, exposuit Beermannus l. d. P. V. L. H. C. V. N. V. p. 90.

(x) Hist. Princ. Anhalt. C. XVIII. p. 98.

(y) Invat, hic coniunctim & una serie quosdam Anhaltinorum principes recensere, qui ludis circensibus, figendo scilicet circutum lancea, concertando, in equum insiliendo, bastas frangendo, gladios

frater *Rodolphus* (μ) huc apponi meretur, cuius virtutem & antiquiores, & recentiores rerum gestarum scriptores non satis admirari valent. Nec diffiteor, eum multos per annos exercitus duxisse, hostes debellasse, pro Maximiliano I. pugnasse, in Vngaria, Italia motus composuisse, multas urbes ac arces cepisse atque adeo promeritum fuisse, quem tantus imperator cum Friderico III. adamaret ac ob fortunatos progressus Anhalt das treue Blut / immo Hieronimus, Brandenburgenium episcopus domus Anhaltinae coronam & gloriam appellaret. Neque minus *Voldemarus*, Georgii I. filius, caesari Friderico III. adversus Carolum, Burgundiae ducem CCCCCCLXXIV. equitibus quingentis suppetias tulit, quid? quod CDDIDI. bello Frisco implicitus fuit. Quid dicam de *Io. Georgio* II. & eiusdem dignissimo filio *Leopoldo*, Dessavia-Anhaltinis principibus, quorum is sub Caroli Gustavi, Sueciae regis, Frid. Guilielmi, principis Brandenburgici electoris, hic sub Friderici III. & Frid. Guilielmi, principum electorum & Borussorum regum signis persaepe militavit ac uterque tam gloriosis expeditionibus perennem sibi nominis famam conciliavit. *Christianus* etiam I. Ioach. Ernesti filius, cuius merita Becmannus prolixo persecutus, multa laude condecorandus, quo de sigillatim membrana, tanti principis monumento inclusa, haec subiicit: fortissimum & ad quaevis pericula imperterritum animum quatuor, quos duxit, exercitus loquuntur. Post eum *Christianus* II. Christiani I. gnatus sese fortem demonstravit ac magnanimum, qui cum patre suo fortunae varietatem in tantis praeliis agnovit, clarissimeque, sub polo nihil perenne, (ν) animadvertisit. Excellens virtus, quam fratres serenissimi, *Ant. Guntherus & Io. Adolphus* in praeliis & obsidionibus plus vice simplici comprobarunt, facit, ut eosdem iterum in memoriam revocem militarisque disciplinae una cum *Io. Ludovico*, qui CDDCLXXXIV. cum aliis principibus Budam ex omni aditu clausit, non imperitos vocitem. Quod si ad Augusti filios me confero, inter illos *Emanuel* deprehendo, qui sub Car. Gustavo, Suecorum rege partim CDDCLVII. cum danis decrevit, partim CDDCLIX. in Hafniae muros impressionem tentavit.

Tum illos huc transferam principes Anhaltinos, qui, ab imperatore, regibus & principe electore inter equites recepti, Anhaltinae domus vetutissimae gloriam & conservare & augere annituntur. Manifesto documento, & hodie gaudere principatum Anhaltinum heroibus, quos nulla aetas vidit, nec forte temporibus, si Deus eadem concesserit, subsequentibus visura est. Nullū servabo ordinem, quem ante cum Becmanno, & interdum cum Sagittario, aliis observavi, sed habita solum annorum, quibus equitibus adscripti, ratione eosdem afferam & brevitate studebo. Ita novi, quod res ipsa testatur, principem *Rodolphum*, fortem cognominatum ab imperatore Maximiliano I. (ξ) cum CCCCCXCIII. corona-

retur

gladios equestres destruendo animum recrearunt. *Philippus* quidem, Alberti V filius unicus CDDI. Dresdae, *Gulfgangus*, notissimus ille Lutheri defensor CDDXXI. *Vormatiac*, *Ioach. Ernestus* domum duxa *Elconora Virtenbergiva*, CDDLXXI. *Dessaviae* CDDLXXV. *bis Stegardiæ*, *Io. Georgius I.* & *Christianus I.*, *Ioach. Ernesti* filii CDDLXXXV. *Dresdae* & *Guelpherbyti*, *Io. Georgius I.* iterum CDDLXXXVI. *Dessaviae* in decursoriis non tantum alios equis deicerunt & equestribus praemis ornati sunt, sed & ipsi laesi, quandoque sanguinem, quia vineare & vini pulcrum habentur, profuderunt.

(μ) Fusa *Becmannus* ac *Sagittarius Rodolphi* viam exhibent. Cui placet, conferat Barth. Livi- ani intercessionem quam *Becmannus* p. 58. Access. Hist. Anhalt, describit ac depingit. Cuius etiam *Ern. Brothus L. VI. C. XIII:* pag. 100. *Der Anhalt Chron.* meminit.

(ν) Quod symbolum fuit *Christiani I.*

(ξ) Ordini temperantiae cum patre, Friderico Maximilianum ipsum regnum dedisse, catenansque

616



retur, equitem fuisse creatum. Intelligit autem unusquisque, licet Beccmannus ordinis mentionem non moveat, velleris aurei equitibus Rodolphum fuisse ad sociatum, quem Philippus Bonus, Burgundiae dux & Belgii princeps CCCCCXXX. cum Isabellam, Ioannis Lusitaniae regis filiam coniugem duceret, ordinem pro sua virtute instituit. Haud enim alia exornare poterat Maximilianus Rodolphum dignitate, quam omnium splendidissima, cuius in pugnis promptitudinem ac felicitatem non semel conspexerat. (o)

Deinceps Christianus V. Danorum rex CIDICXCV. Guilielmum, (n) & Fridericus IV. CIDICCI. Io. Augustum, (e) principes Anhaltinos elephante ornavit multoque sibi benevolentiae genere devinctos reddidit. Litteras, quae huc faciunt, patentes in honorum memoriam Beccmannus (c) subiecit, dignas, ut ad serventur deque tanto regum favore testimonium perhibeant.

Leopoldo

eui gryphus, una cum vocibus: HALT MAS, schedulae inscriptis, annexus fuit, gesse, Tenzelius mense Nov. A. 1690. p. 1019, & 1020. Ver Monat. Untered. scribit. Consule pariter mensem Oct. A. 1697. p. 889, & plura curiosa deprehendens.

(o) C. S. Schatzfleischius Oper. Hist. Polis. N. LXIX. aurei velleris ordinem, ut solet, accurato explicat, maxime §. XI. p. 847. probat, inter ordines profanos magnum nomen titulumque hunc ordinem habere, at inter ceteros nobilissimum esse, sive quis conditorem eius & summum caput, sive membra & socios equites adspiciat; quid & quod passim docet, primum equites XXIV. susceptos, dein VI. adiectos & tandem adeo auctos, ut non plures sint, quam unu. & quinquaginta, ipso rege inclusi, & in posterum mansuri sunt. Ordinis insigne auream scio catenam, cuius articulis flammantes gemmas, immo chalybem perpolitum alternatum continent ac repräsentent, cuius aureum vellum appendit; pertinet huc: ANTE FERIT, QVAM FLAMMA MICAT; stem: PRETIUM NON VILE LABORVM. Sentunt tamen multi, huic ordinis symbolum esse: AVTRE N° AVRAL, quo de iam nulli litem movebo. Hanc quondam catenam equites semper usurparunt, usque Carolus V. iis insungeret, solemnioribus modo diebus catenam retinuerent & illius loco sive rubram, sive auream fasciam adhiberent. Dies festos celebrarunt huius ordinis socii quotannis tres: primo die semet purpureo eodemque serico, secundo nigro, tertio albo vestitu induerunt, ac magnifice incesserunt. Conf. Alex. Rossaeus p. 443. aller Welt Religionen, anchor der durchlaucht. Welt N. II X. p. 42. & anchor des kurzen Entwurffs der Geist- und Weltl. Ritter. Orden §. 36.

(n) Numius tum temporis percussus ab una parte principis Guilielmi effigiem, cum integro titulo: VVILH. D. G. PR. ANH. D. S. A. & W. C. A. D. B. & S. medium sifit: altera elephantem, usitatum ordinis elephantini symbolum monstrat, his circumscriptis: AVSP. CHRIST. V. R. DAT. EQ. ELEPH. ORD. CREAT. INA. REG. HAFN. 7. Dec. 1695. neque minus sic: MAGNANIMI PRETIUM. Insignia ceteroqui lices olim crebro mutata sint, quod praeter Leon. Ludov. Voigtum & Olig. Iacobaeum Val. Ern. Loescherius diss. de ordine elephantino §. XXV, XLI. tradid, hodie sic habent: fascias coeruleas latas elephas albus adhaeret, (retenta tamen festis diebus catena) in cuius dorso turris, collo aetbiops sedens & armatus sagitta, medio corpore adamantes quinque, ad figuram crucis dispositi, videndi. Praeterea in pede gerunt cum equitibus Danebrogis nostris equites stellam octangularem argenteam, cuius quatuor anguli reliquis quatuor maiores, ipsa tamen stella argenteam crucem, rubro marginem uniram, complectitur. Quao Rossaeus hoc de ordine l. d. p. 449. refert, nunc non observantur, sed quondam valuerant.

(e) Quantis solemnitatibus Christianus V. hunc ordinem CIDICXCV. restaurari at in sacello regio Fredericburgi equitum insignia suspendi & sellas circa thronum regium disponi curarit, ex Schroetero, qui Hafnia ceremoniarum descriptionem transmisit, Tenzelius mense Nov. 1695. l. d. repetit. Schroeteri descriptio ordinis elephantini IV. partibus absolvitur, ita quidem, ut prima renovationis solemnia, secunda novorum equitum renunciationem, terita uestes, quibus & ordinis magister & socii utuntur, quarta locum facelli contineat, quo thronus regius & insignia equitum cum sellis conspiciuntur. Quo simul nonagesimo quarto anno serenissimi nostri principis, D. Io. Augusti affini principi, Frederico, una cum quinque aliis principibus hic ordo collatus, qui tam benigne eum accepit, ut consiliarium, Io. Iacobum Hafniam mitteret atque pro tanta regis gratia verbis amplissimis gratias ageret. Nec inficias ibo, tunc monetam cusam, quae & indulgentissimi Saxonum ducis, Frederici imaginem medium, & holosericum pulvinum cum ordinis signis sifit, cum lemmate: DECVS PATERVM RENOVATVM; (quia divus pater Fredericus 1678. eques regius salutatus fuerat) & infra positus vocibus: A GLORIOSISS. DANIELE REGE IN ELEPHANT. ORDINEM RECEPTO PRINCIPALE III. NON. IVL. MDCXCIV. Plura eademque lectu digna dabitis Tenzelius l. d. m. 1693. a p. 67, ad 75. m. Aug. 1694. p. 643. mense Oct. 1695. p. 901. seqq. mense Nov. 1695. a p. 905. ad. 929. m. Nov. 1696. p. 907.

(c) L. d. P. IV. C. IV. p. 536. iti. P. V. L. III. C. III. p. 430.



Leopoldo, Dessaviensium principi C¹⁷D¹⁷C¹⁷C¹⁷III. novus ille, qui Fridericum III. Borussorum regem auctorem agnoscit, aquilae nigrae ordo concessus. Qui licet ordo C¹⁷D¹⁷C¹⁷I primordia sumserit, cum corona regis capiti imponeretur, haud tamen quaquam eques alias Leopolodum antecessit, sed primus ab ipso rege XVII. Ian. eques renunciatus ac in sequenti XIX. praedicti mensis die publice inauguratus. Qui tam memorabili honore princeps adfectus, ut regni Prussiae heres, Frid. Guilielmus et marchio Philippus Guilielmus eum ad facellum, ordini regio sacrūm, comitarentur, ubi magnanimus ille rex, in multorum equitum praeſentia, eundem equitem compellavit praeſumſo que iureiurando catena donavit. Quem ſane aetum eo ſplendidiorē aeftimo, quod tum primum ordinis novi festum celebratum paulloque post ſummus aulae regiae mareschallus, comes illuſtrissimus a Witgenſtein in equitum ſimul ſocietatem receptus fit. Vtrum A. C¹⁷D¹⁷C¹⁷C¹⁷IV. invictus Boruſſorum rex ſereniſſimo Servesta - Anhaltino principi, Carolo Guilielmo, cui longaevam omnes mecum ſubditi vitam viresque infractas appreſcantur, eundem ordinem tranſmiferit, quod nonnemo (r) conſirmat, explorare non potui, licet ſollicitus de eo fuerim.

Christianus Augustus, qui cum imperio ac felicitate milites gubernat, Io. Ludovici, principis Dornburgo - Servesta - Anhaltini filius tertius, anno C¹⁷D¹⁷C¹⁷C¹⁷XI. & XII. Italiam perlustrans ac Romam die XXVI. Ian. anni ſupra millesimum ſeptingentesimum duodecimi intrans, ordinem nobilifimum, a Friderico III, rege Boruſſiae fundatum ac transniſſum, de la generoſité nuncupatum, reperiit tantique principis gratiam mente grata depraedicavit. (v)

Quod princeps elector Palatinus, Io. Guilielmus C¹⁷D¹⁷C¹⁷C¹⁷XII, peracta Caroli VI. electione pariter, ac coronatione, ordine equeſtri Io. Adolphum, principem Servesta - Anhaltinum, Io. Ludovicum, Io. Ludovici, principis Dornburgo - Servesta - Anhaltini natu maiorem filium & Christianum, Lebrechtii, principis Cothena - Anhaltini natu minorem gnatum Duffeldorpii bearit, adhuc omnes norunt. Vocatur ille, in memoriam cuiusdam Romanae ecclesiae mareschalli, S. Huberti ordo, qui a Gerardo quidem, duce Iuliacensi ac eiusdem ſuccesoribus aliquo temporis tractu equitum numero auctus, ſed poſtea desit. Hic ipſe eſt, quem dictus princeps elector instauravit, commemoratosque tres principes Anhaltinos in cun- dem recepit. (φ)

Creatis et publice inaugуratis equitibus Anhaltinis alios Anhaltinorum principes ſubiungo, qui ipſi ordinibus ac aliis, collaudandis omnino, ſocietatibus ortum dederunt. Sigismundus, Ioannis I. filius, ſex aut ſeptem non modo equites ſemper ſecum habuit, ſed falciis ordinis etiam auctor ſuit. Cuius inſigne cum fal- cem voluerit, eadem ornatos eſſe oportuit ſocios, hoc cum diſcrimine, ut equites aureas, armigeri argenteas collo portarent. Fridericus, Christiani I. filius, con- ſtantis amicitiae confraternitatem instituit, cum C¹⁷D¹⁷C¹⁷LI. Venetiis eſſet, cuius membra duces, landgravii, conites, liberi barones, nobiles fuerunt. Ludo- vicus, Ioach. Ernesti filius, ſuauo Christiani a Teutleben, fructum ferentem ſocie-

(r) Ita vocatus Melissantes im iehſebenden Europa Tit. 62. p. 301. hanc ſententiam foverat.

(v) Inſigne buiue ordinis putat auctor der durchl. Welt p. 36. auream coeruleam encauſice pictam crucem, cuius vox: LA GENEROSITE litteris nigris & quoad longitudinem & obliquitatem inſcripta ſit. Quem Fridericum III. dum animo agito, non poſsum, quin ordinem, ad con- ſervandum inter Saxoniam domum ac Brandenburgicam amorem, Torgaviae C¹⁷D¹⁷C¹⁷XCH. a Friderica et Joanne Georgio IV. condicium adferam, ac amicitiam ſinceram, quae duae vo- ces in inſigni legebantur, imperantiibus ſingulis commendem. Quo forte a Christ. Ernesto, marchione Brandenburgico C¹⁷D¹⁷C¹⁷LX. & a Friderico IX. duce Saxonum C¹⁷D¹⁷C¹⁷X. fundati ordines, concordiae & germanae fidei diuī, referriri poſſunt, quod eundem cum ami- citate ordine habuisse finem videntur. Quibus de ordinibus Tenzelius l. d. m. Sept. 1690. p. 817. it. m. Mart. 1692. p. 184. legatur. Fratres quoque Frid. Guilielmum & Joannem, Saxo- num duces ordinem peculiarem fundasse, testis iterum eſt Tenzelius m. Dec. 1697. a p. 99. ad 996.

(φ) Nolo plura cumulare, quod Beccmannus Access. Hist. Anh. p. 369. 370. & 371. mihi otium fecit. Cuius ſane relatio, qua promulgatam C¹⁷D¹⁷C¹⁷VIII. a principe electore Palatino ordinis deſcriptionem in compendio ſiſtit, legi meretur.



tatem CIDIICXVII. condidit, ut linguam vernaculam eo melius excoletet ac eidem splendorem conciliaret. Quae tantum applausum invenit, ut sociorum numerus non ita multo post ad trecentos se extenderit & sexdecim principes Anhaltini, quibus principes fratres, Car. Guilielmum, Ant. Gautherum, Io. Adolphum & Io. Ludovicum, Beccmanno auctore, (x) addo, successive adscripti fuerint. (ψ) Annam eodem anno, Christiani I. coniugem ordinem peculiarem invenisse suique sexus principibus, comitibus ac nobilibus illum concessisse, in dubium vocari nequit. Qualem Anna la noble academie des Loiales, vitae integrarum & fidelium societatem, l' ordre de la palme d' or appellavit sexumque sic sequiorum ad virtutum exercitum invitavit. (ω) Cuius & sententias Eleonora, Romanorum imperatrix fuit, quae, quod obiter adnoto, CIDIICLXII. ordinem der Tugend-Schaukunnen fundavit ac eiusdem insigne auream catenam cum nummo, qui sole, laurea circumdato, & inscriptione: SOLVS VBIQUE TRIVMPHAT; ornatus elegit. (ωω) Superest tandem, ut, quia portum attigi, securus vela costraham ac in eo quiescam. Mihi tamen prius in mentem venit, quam me quieti tradam, ille natu- lis multo exoptatissimus, quo, volente Deo, indulgentissimus princeps ac dominus, D. IO. AVGUSTVS, princeps Anhaltinus, Saxonie, Angariae & Vestphaliae dux, Ascaniae comes, Servestae, Bernburgi, Ieverae & Kniephusi dynasta, princeps ac dominus noster elementissimus quadragesimum primum, luce crastina, aeratis annum implebit: natalis, inquam, qui Anhaltinos & Ieveranos gaudio perfundit ac nubila, quae modo mentes tenebrarant, dissipat & proscriptit. Ego quidem mihi temperare nequo, quominus voluptatem, quae in luctu me communi erigit, indicem ac verbis quidem paucis, observantia tamen prolixa et immortali declarerem. Saepe quidem, quoad Ieverae vixi, tam elementi principi ac equiti, tali temporum momento, prosperrima quaevis precatus sum: at nunquam praesenti. Nemo igitur in malam, nisi invidus, interpretabitur partem, quando nunc magis exulto, ac ante, quando tam iucunda principis gratiosissimi praelencia tenerrimum prorsus gaudium prodidit meoque cordis tripudium. Tu modo, augustissime omnium provinciarum rector ac caput, Deus, agros Ieveranos, post tantam inundationem, angustos et fertiles sub Io. Augusto effice, moerorem impostorum ac luctum averte, nubes calamitatum densissimas abige, aggeres novos & reparatos conserva, domum antiquissimam Anhaltinam, maxime magnanimum patriae patrem, Car. Guilielmum cum pientissima Sophia, Saxonum ducis ac administratoris, Augusti filia protege, quid? quod subditorum spem ac praesidium, Io. Augustum, in pace ac incolumitate, generis augusti augmento, tuere ac augustae benedictionis munib; multo elementissimam principem coniugem, Hedv. Fridericam prosequere.

Haec autem est votorum devotorum summa, qualia, iussu meo, die crastino, pro salute principis indulgentissimi

Io. Ant. Koenigshaven, Nienburgo - Oldenburgensis, Henrici Koenigshaven, divi Ant. Gautheri, Oldenburgensis comitis relicte principis viduae pincerna filius nuncupabit, publice, uti leges praecipiunt scholasticae, insimul valedicatur. Qui a puero, omnibus hic docentibus & publice & privatim suam industriam comprobavit, pietatem ac bonos mores in oculis habuit seque talem gessit, qualem non sine causa aliis exemplum iuvenibus proponerem. Mihi sigillatum ultra quatuor annos adhaesit, lectionibus frequens interfuit, attium liberalium & linguarum fundamenta iecit, anno seculari elaplo impudentissimum Tezelium oratione quadam delcripsit, nullo mihi tempore obsequiuin denegavit, sed admonitiones meas, vere paternas, huius vel illius commilitonis nugis ac vanitatibus praetulit. Quare, dum non tantum natalem principi serenissimo, sermone crastino, quem de ordine elephantino, illius benevolentiae non immemor, qua Fridericus IV, Danorum rex CIDIICCI. principem nostrum adfecit, conscripsit, gratulabitur, sed etiam, Vitembergam propediem salutans, honeste valedicet, non possum, quin serenissimum principem ac dominum, D. Io. Augustum demississime, quin perilustrem, illustres ceterosque omnium ordinum auditores honoratissimos eo, quo par est, observantiae, honoris ac amoris cultu rogitem, uti tempore definito templum opidanum intrent praesentiaque sua gratiolissima honoratissimaque gratulantem ac abeuntem idoneum reddant, quo munere demandato pro ingenii viribus defungi possit. Ieverae apud Friesos, XXVIII. Iulii, A. R. S. CIDIICCCXVIII.

(χ) Access. Hist. Anhalt. p. 388. b.

(ψ) Multo maiorem membrorum numerum Tenzelius m. Mart. 1692. p. 183. tradit et subiicit, post Ludovicum conditorem, Guilielmum & Augustum, Saxonum duces praesidio vices sustinuisse, immo Suecorum regem, Car. Gustavum inter ordinis socios relatum fuisse.

(ω) Confraternitatem Friderici, societatem Ludovici & Annae, leges ac insignia, membrorumque nomina prolixius descripsit Beccmannus in der Hist. des Fürst. Anhalt. P. IV. C. VII. N. XXI. p. 568. it. P. V. L. III. C. VI. p. 389. 390. it. P. V. L. III. C. I. p. 481. 482. 483. it. p. 335. ad 338.

(ωω) Conf. Hier. Dicelii Reichs: Geographie und Genealogie: Tit. I. p. 130. auctor der durchl. Welt l. d. p. 37.

